





14  
C. 4. num. 26.

1767, 2

10

DISSERTATIO IN AVGVRALIS IVRIDICA  
DE  
**IVRE CIRCA SACRA  
CIVITATVM IMPERII  
IAM ANTE PACEM  
RELIGIOSAM**

P. 353,  
QVAM  
AVCTORITATE  
ILLVSTRIS IVRISCONSVLTORVM ORDINIS  
*IN ALMA LVDOVICIANA*  
SINE PRAESIDE  
PRO  
**LICENTIA**  
SVMMOS IN VTRQVE IVRE HONORES  
RITE CONSEQUENDI  
DIE APRILIS M DCCLXVII.  
PVBLICE DEFENDET.  
AVCTOR

**GERHARDVS MATTHAEVS  
WALLACHER**

MOENO - FRANCOFVRTENSIS.



GISSAE  
EX OFFICINA BRAVNIANA.




DIESER TATTOO IMAGINARIA LIBRIFICIO

URÆ CIRCA SACRA  
CIVITATVM IMPERII  
IAM ANTÉ PACEM  
RELIGIOSAM

IN AVIA LUDOVICIANA  
SUMMOS IN ASTRONOMIAE HONORES  
NIT CONSOLANDI  
DIE ALTUM MEDICALIS  
LAVARE DELUXER  
ALCEAS

CERHARDUS MATTHAEUS  
WALTACHER  
MONS - TUNICCIUS  
EX OFFICINA BRAUNIANA



**SENATVI AMPLISSIMO**

**INCLYTAE**

**LIBERAE SACRI ROMANI IMPERII REIPUBLICAE  
FRANCOFVRTENSIS**

**VIRIS**

**PERILLVSTRIBVS**

**GENEROSISSIMIS MAGNIFICIS PRAENOBILISSIMIS**

**CONSVLTISSIMIS PRVDENTISSIMIS**

**DOMINIS**

**PRAETORI**

**CONSVLIBVS**

**SCABINIS**

**SYNDICIS**

**SENATORIBVS**

PATRIAE PATRIBVS OPTIMIS  
RELIGIONIS PARITER ATQVE LIBERTATIS  
PROPVGNATORIBVS  
STRENUISSIMIS VIGILANTISSIMIS  
PATRONIS SVIS RAC FAVTORIBVS  
INDVLGENTISSLIMIS  
DISSERTATIONEM HANC IN AVGVRALEM  
CVM OMNIGENAE FELICITATIS VOTO  
DEVOTISSIMA MENTE  
PRAETORI  
CONSATIBAS  
SCABINIS  
OFFERT ET CONSECRAT  
SYNDICIS  
SENACTIBAS  
AVCTOR.




LIBER CIRCO SACRA CIVITATUM  
REPLICOSAM

## CONSPECTVS DISSERTATIONIS.

### Prooemium.

- §. I. Quid sit Ius circa Sacra statuum imperii.  
§. II. Superioritatis territorialis statuum origo.  
§. III. Specialia de iure circa Sacra a) Ducum §. IV. b)  
Principium & Comitum. §. V. Quonodo illud exercuerint.  
§. VI. c) Ciuitatum Imperialium.  
§. VII. De eorum origine generalia.  
§. VIII. Vsus antiquis hiis Iuris circa Sacra & potestatis  
Ciuitatum in Clericos. §. IX. De mediis coercendi clericos.  
§. X. De priuilegiis clericorum contra Ciuitatum potestatem.  
§. XI. Confirmatio Iuris circa Sacra Ciuitatum recentioribus  
seculis.  
§. XII. De ipso ciuitatum Iuris Reformandi exercitio.  
§. XIII. XIV. XV. Specialia de Iuris circa Sacra ciuita-  
tum exercitio.  
§. XVI. Conclusio.



DISSERTATIO IURIS PUBLICI  
ECCLESIASTICI

IVRE CIRCA SACRA CIVITATVM  
IMPERIALIVM IAM ANTE PACEM  
RELIGIOSAM.

PROOEMIVM.



**D**e themate inaugurali sollicito mihi quidem illud: *de Iure circa Sacra Ciuuitatum Imperialium ante Pacem Religiosam*, statim arrisit. Verebar equidem, ne tam grauem & haec-  
nus fere inexplicatam materiam traetaturus, onus suscepisse viderer, cui ferendo vires hand sufficerent. Periculum tamen feci, quantumque per animi facultates licuit, composui. Scripsi pro

pro viribus. Pro iisdem & me dijudicari peto, opto,  
speroque.

§. I.

QVID SIT IUS CIRCA SACRA STATVVM IMPERII?

**P**er ius circa Sacra statuum Imperii hic intelligo  
ius, vi imperii ciuilis, siue superioritatis territo-  
rialis, determinandi ea, quae negotia sacra atque  
regimen ecclesiasticum externum concernunt. Ex-  
serit se se potissimum, in iure tuendi, ac promouen-  
di exercitium religionis ad salutem clivium in repu-  
blica degentium, & vocari solet ius circa sacra maie-  
staticum, cui non tantum ius reformandi exercitium re-  
ligionis, sed etiam ius adnociiae, & supremae inspec-  
tio-  
nis secularis in ecclesiam inest. (1) Differt igitur a iure,  
vti dicunt, episcopali, quod ex superioritate territo-  
riali non profuit; quamuis principes laici per vsum,  
privilegium, vel etiam pactum cum episcopo, subin-  
de in societatem huius etiam iuris venerint. (2) Quod  
vero regionum Domini, aliique status, plures eminen-  
tioris huius iuris partes iam antiquioribus temporibus,  
exercuerint, illud nunc exemplis demonstrare in ani-  
mo est. Nec mirandum ideo, quod apud remotio-  
ris iam aeu iureconsultos huic superioritati territoria-  
li in sacris, nomen Iuris circa Sacra attribuatur; (3) quum  
iam ipsa Pax Westfalica in recensione territorialium  
iuri-



iurium ac praerogatiuarum, tam in ecclesiasticis  
quam in politicis, ad antiqua iura prouocet. (4)

(1) Illustr. G. L. BOEHMER in *Principiis Iur. Can.* §. 21.

(2) ESTOR in *Origin. Iur. Publ. Hassiaci Cap. XXXIX.* §. 135.  
BOEMMER l. c. §. 195. Conferri tamen possunt, quae  
BAVMGARTEN in *denen Nachrichten von merkwürdigen  
Büchern P. XXII. num. DLXV.* pag. 349. sqq. & PLAT-  
NERVS in *diss. Potestatem principis in ecclesiam partem  
esse maiestatis,* pag. 7. seq. contra disputant.

(3) STRYK de *iure papali principum euangelicorum Cap. II.*  
§. 3.

(4) I. P. O. Art. VIII. §. 1.

### §. II.

#### SUPERIORITATIS TERRITORIALIS STATIVM ORIGO.

Obseruauit iam summus Iureconsultus HER-  
TIVS, stamina quaedam illius iuris eminentioris sta-  
tuum sub OTTONVM imperio reperiri, quamquam  
ilud ab initio potius ex administratoria, & postea  
demum sensim paulatim ex propria potestate tam in  
profanis quam in sacris exercuerint. (1) Ego tamen,  
si fas erit, ad antiquiora procedere tempora fere au-  
serim, & prima illius eminentioris libertatis statuum  
initia iam ad priora Francorum Regum tempora per-  
ducere. Quanta enim auctoritate iam Carolingorum,  
imo & Merouingorum, aevo Principes & Nobiles, tam  
in

¶ ☙ ☙ ☙

9

in terris, ipsorum curae commissis, quam & in pro-  
priis & autis floruerint, iam satis abunde nouissimis  
Francicarum antiquitatum scrutatoribus exploratum  
fuit. (2) Neque enim a cura reipublicae vñquam  
exclusi fuerunt, quorum facultates partem illius  
constituebant. Reges ipsi haud absoluto potiti impe-  
rio, non nisi stipati proceribus & insignioribus ex po-  
pulo de communibus regni negotiis consultarunt. (3)  
Probant hoc vniuersae regni Francici historiae, pro-  
bant Regum Capitularia, probant denique plures illius  
aevi scriptores. Liceat tamen vnicum eiusmodi sta-  
tuum potestatis proferre testimonium luculentissi-  
mum; quod in FRANCISCI HOTOMANNI *Franco-*  
*Gallia Cap. XI.* prostat, vbi ex AIMOINI *Libro V. Cap.*  
*36.* locum sequentem sane memorabilem allegat: (Ca-  
rolus Caluus) quam ante inaugurationem regni pree-  
fecturas arbitratu suo tribuisse, Proceres soleme Concilium  
indicere coepierunt, legatosque ad Regem mittere,  
neque prius Regem coronari possi sunt, quam illorum  
confilio atque auctoritate, in illis mandandis Magistrati-  
bus usus esset: Regni primores (enim) indignati, quia  
quibusdam honores dederat sine illorum consensu, & ob  
id aduersus ipsum conspirarunt, & conuentum suum in  
villam Witmarianam conduxerunt &c. &c. Idem auctor  
per integrum *Caput XV.* perspicue satis fontes hosce  
perscrutatus, vndique regalem ac territorialem po-  
testatem sedulo distinguit.

B

I) HER.



(1) HERTIVS de Superioritate territoriali. §. V.

(2) BOUQUET *Droit public de France T. I. pag. 266. not. b.*

(3) LEHMANN in *Chron. Spirensi Libr. II. Cap. XXXVII.*

### §. III.

#### SPECIALIA DE IVRE CIRCA SACRA

##### A) DVCVM.

Non immutata haec rerum facies temporibus  
*Post - Carolingicis.* Primum vero tunc inter Status  
 Imperii occurrabant *Duces;* qui licet tanquam Prae-  
 fecti Imperatorum in prouinciis haberentur, *aemula-*  
*tam tamen fere Magistrati iam exercuerunt potestatem,*  
 qualem Imperator habebat in Imperio. Nam in  
 bellis aequae duces comprouncialium erant, vti do-  
 mi. Iudicia curiae celebrabant, & pacem in regio-  
 nibus imperabant &c. &c. (1) Imo & in ecclesiis  
 & episcopatus prouinciarum ipsis non exigua auctoritas. (2) Et valuit huc dignitas eorum ac officium. (3) Vi itaque huius Iuris ac dignitatis curam gesserunt  
*Duces circa ecclesiis & monasteria.* Eorum fuerunt  
 aduocati & procuratores. Imo etiam *iurisdictionem*  
*in homines & res ecclesiarum* saepius exercuerunt. Sic  
*Auctōr Chronicī Reichenbergensis ad ann. 1162.* Eber-  
 hardum Archiepiscopum Salisburgensem in literis ad  
 HENRICVM Balearicorum & Saxonum Ducem ita  
 differentem adducit: *Quantum attinet ad possessionem*  
*legiti-*



legitimam cum omnibus, quae ad ipsum pertinent, nos  
sibi est iuris, at QVANTVM AD REGIMENTVM  
SAECVLARE, VESTRAM RESPICIT CELSITV-  
DINEM. Huius in sacra auctoritatis eximia plane  
exempla nobis affert HERTIVS (4) secundum quae  
Duces se esse Papas in suis terris iam antiquitus glo-  
riati sunt. Addere liceat illud RVDOLPHI IV. Du-  
cis Austriae dictamen, de quo CHRONICON SA-  
LISBURGENSE ad ann. 1364. (5) refert: *Ipsum ...*  
... *contempnisse mandatum Domini Apostolici URBANI*  
*v. & dixisse: Egomet volo esse Papa, Archiepiscopus,*  
*Episcopus, Archidiaconus in mea terra.* Non minus  
illustria sunt, de nouiorum temporum Germaniae du-  
cibus, testimonia, ex quibus solum illud GEORGII  
Saxonici proferre liceat, qui etsi Catholicae addictus  
religioni, non dubitauit de se suaque afferere pote-  
state: *Er wäre in seinen Landen selbst Pabst, Kanz-*  
*ler und deutscher Meister.* (6)

(1) Prout luculentissime demonstrauit Vir Illustris, & ob-  
singularem in me collatum fauorem ac beneuolen-  
tiā, non intermoritura mihi pierate colendus Domi-  
nus. I. D. AB OLENSCHLAGER in der Neuen Er-  
läuterung der Güldenen Bulle §. XLV.

(2) HAHN in der Reichs-Historie T. II. pag. 31. & 57.

(3) Diserte hoc probat RVDOLPHI IV. Austriae Ducis  
Diploma d. a. 1360. apud P. STEYRER in addit. ad  
B 2 Caput



*Caput 3. pro Historia ALBERTI II. Dacis Austriae Col.*  
*294. ubi: Wie noch daz ist, das unser Fürstlich Wirt-*  
*dekait darzu gesetzet und geordnet si, daz wir*  
*alle Gogheiser gemainlich schirmen, und bi inn*  
*rechten haben sullen cc. cc.*

(4) *De iactitata vulgo Ord. Cisterc. libert. Sect. I. §. 2.*

(5) *apud P. PEZ. T. I. Scriptor. Rev. Austriae. Col. 417.*

(6) *STRYK de iure papali principum Euangelicorum Cap. I.*  
*§. 10. HERTIVS l.c.*

#### §. IV.

##### B) PRINCIPVM ET COMITVM.

Neque deterioris conditionis fuerunt reliqui Imperii *Principes ac Comites*. Etiam illi ut plurimum summa in territoriis gauisi sunt potestate. Testis huius rei praecipuus est *Philippus LEIDIVS* seculi decimi tertii Iureconsultus, qui de Comite Hollandiae afferuit: *quod hic Comes Imperator sit in suo comitatu.* (1) Nec minore pollebant auctoritate in suae ditionis ecclesias. Vi officii ac dignitatis, vti & regionis, cuius erant possessores, comecia ac aduocatia ecclesiastica potiebantur. (2) Haud secus ergo ac *Duces illo axiomate: se esse Papas in suis terris*, remotioribus iam seculis vtebantur *Principes ac Comites Imperii*. Qua de re itidem insigne est testimo-



stimoniū in CHRONICO SALISBURGENSI ad  
ann. 1366. (3) vbi: *Comes VLRICVS de Schacon-  
berch ----- dixit se etiam in territorio suo Papam,  
Regem, Episcopum, Archidiaconom & Decanum.* Ex-  
plicanda inde veniunt pačta Landgrauii HERMANNI  
cum Archiepiscopo Moguntino G ERLACO anno  
1370. inita; & quae transacta fuerunt wegen der  
Pfaffhait inter LVDOVICVM Pacificum & IOHAN-  
NEM Archiepiscopum Moguntinum anno 1413.  
Quibus addendum: quod HENRICVS Hassiae Land-  
grauius ab Archiepiscopo Moguntino an. 1217. Ne  
in Hassia Synodi haberentur, sibi asseruerit. (4) Ad-  
iungere omnibus hisce adductis liceat introitum di-  
plomatis cuiusdam ALBERTI Comitis Hohenloici  
de an. 1258. (5) vbi: *Albertus de Hohenloh uniuersis  
Christi fidelibus in perpetuum: Tanto magis iura Reli-  
giosorum nostra souere tenetur auctoritas, quanto magis  
ab eisdem Religiosis NOBIS IN TEMPORALIBVS ET  
IN SPIRITALIBVS obsequium exhibetur.*

(1) Confer. EYBEN in Diff. de origine regulae: S. R. I. Prin-  
cipes tantum posse in territorio quantum Imperator posse  
in Imperio Cap. VIII. pag. 778. seq.

(2) GRVPEN in Disceptat. Forens. pag. 688.

(3) apud P. PEZ T. I. Scriptor. Rev. Austriae. Colum. 418.

(4) HERTIVS de superioritate territoriali §. XI. & ESTOR  
in Origin. Iur. Publ. Hassiaci Cap. XXXIX. per totum.



(3) In Hanselmanns Diplomaticischen Beweis der Landes-Hoheit des Hauses Hohenloh §. 160 - 163.

### §. V.

#### QVOMODO ILLUD EXERCVERINT?

Hoc vero *Ius circa Sacra Ducum, Principum ac Comitum Imperii semper, & inde ab antiquissimis temporibus variis modis sese exseruit.* Eiusmodi aliquot iura hic enumerare e re fore existimo. Ita lites de beneficiis rebusque sacris nonnunquam in prouincia etiam coram iudice seculari disceptatas fuisse legitimis. (1) Vti Clerici ac Monachi ab initio sub ciuili erant potestate; (2) ita etiam Principes ac Comites tam concilia instituerunt, quam illis per legatos fuerunt praesentes, episcoposque ad ea celebranda accessiuere. (3) Quumque Capitula & clerici antiquitus iam tenerentur ad census & subdia; (4) ita & ab eo statim tempore, quo territorialis potestas ad Principes & Comites spectauit, omnimodam illi in Sacris auctoritatem ac superioritatem exercuerunt.

(1) SLEIDANVS de statu religionis L. XXII. Confer. BVDDEVVS de Imperatoris & Imperii Principum Grauaminibus aduersus sedem Romanam ad totum ecclesiasticum ordinem Cap. I. pag. 54. not. O.

(2) I. H. BOEHMER de iure statuum protestantium circa monasteria Catholicorum Cap. I. §. 14.

(3) DE

(3) DE LVDEWIG de Principum S. R. I. potestate in sacris  
ante Paces Religionis pag. 22. LEHMANN in Chronico  
Spirensi Lib. II. Cap. 41.

(4) STRYK l.c. Cap. IV. §. 12.

### §. VI.

#### CIVITATVM IMPERIALIVM.

Ad ciuitates imperiales nunc procedo. Hisce enim non minora iura circa sacra, res & personas ecclasticas, iam olim competierunt. Prouocarunt ad illa ciuitates iam sub initiis puriorum facrorum. (1) Evidenter in primis praerogatiwas suas proposuerunt in representatione ad proiectum legatorum electoratum Brandenburgicorum, de mediis componendi pacem in conuentu Lipsiensi 1631. exhibitum (2) vbi: Nun aber unzweifelich, dass den Ständten des Reichs, und also auch den Reichs-Städten, iura religionis nicht allererst im Religions-Frieden anno 1555. gegeben, sondern dieselbe dadurch nur bestätigt worden, denn gedachte Stände in Kraft des Iuris superioritatis territorialis, so in ihren Landen vorlängst ihnen aus unsürden dlicher Zeit gebühret, jederzeit Macht gehabt, und in tragenden Hohen Obrigkeitlichen Amts schuldig gewesen, auf das Religions-Wesen ein sorgfältig-wachsames Aug zu haben u. u. Ut vero haecce asserta exemplis roborem, nunc pro in-

stituti



stituti & virium modulo aggrediar. Itaque specialia ciuitatum instituta versaturus, huius Iuris circa Sacra plenum & omnimodum exercitium commonstrare animus est. Pauca tantum de praecellentia ac autonomia ciuitatum inde iam ab imperii nostri incunabulis praefari licebit.

(1) MOSER im teutschen Staats-Recht T. XL. pag. 506.  
seq.

(2) CORTREIVS in *Corpo Iuris Publici S. R. I. T. I. Parte VI.* pag. 33.

### §. VII.

#### DE EARVM ORIGINE GENERALIA.

Veteres nempe Franci ciuitatibus magis iam olim fouerant, ac ceteri Germaniae populi. Ex quo enim labentis tunc Imperii prouincias, partim armis, partim sat ipsis Romanorum Principum auspiciis, in potestatem redegerant, Romanos imitati mores, clementius in populos deuictos acturi, totam illam veterem Imperii formulam in iisdem retinere studuerunt. Inde non tantum incolis ciuitatum conferuarunt antiqua Iura, quae Romani ciuibus municipiorum & coloniarum reliquerant: sed & vrbibus in solo Germanico postea constitutis ea largiti sunt. (1) Hinc temporibus Saxoncorum & Salicorum Imperatorum ciuitates, tam a prouincialibus quam ab omni-



omnibus aliis externis iudiciis exemptae, non nisi coram propriis magistratibus, aut Sculteto Imperiali, conciuibus Scabinis stipato, iudicia habuerunt. Magistratibus inde suprema tutela, cura ac patrocinium in omnes personas competit, quae sub illorum auspiciis domicilium in territorio fixerant. (2) Aequabant in hisce ciuitates caeteros Imperii Status, gratia Imperatorum eorumque priuilegiis splendidissimis subinde magis magisque auctae & munitae. Inde vero suprema illa Magistratum iura in ecclesias & monasteria in vrbibus constructa, etiam originetens deducenda videntur.

(1) AGATHIAE *Historia de Francis* pag. 13. edit. Paris, in folio de anno 1660.

(2) Illustris AB OLENSCHLAGER l. c. §. LXXVII. sq.

### §. VIII.

#### VSVS ANTIQVVS HVIVS IURIS CIRCA SACRA ET POTESTATIS CIVITATVM IN CLERICOS.

Iis imprimis temporibus, quum Imperatores & Pontifices Romani sese tum scriptis tum armis indesinenter proscinderent, dilacerarentque; iamjam Iuris huius circa Sacra ciuitatum exercitium se prodit. Prisca fides in Caesares, eas libertatis suae & autonomiae consicias, etiam execrations ac fulmina Pontificia parui pendere iussit. Praeclarum hac de re te-

C

stimo-



stimonium praebet Articulus LXXVII. Statuti Argentinenfis de anno 1283. (1) vbi: An der Mittwochen nach Sante Michels tage sint unser Herren ubereinkommen, daz man vorne Rate ussen der Pfalcen, oder sva der Rat richtet - - - da en sol kein burger noch burgerin gegen deme andern sinen burger oder burgerinne sich schirmen mit ducheinre slakte banne, wond ia swelre hau de banne der Man ist, oder die Frome die unsre burger sint, das en sol ime vorne rate kein schade sm. Man sol ime ribten in alle wiz, als ob er nicht im banne were. Er mag ouch wol gezeigtig sin vorne rate &c. &c. Maius adhuc haec in sacris potestas tunc incrementum cepit, quum personae ecclesiasticae in ordinem ciuium recipieruntur. Turbidis enim illis iuris manuarii temporibus clerici, nec in vrbe, nec in rure, satis tuti, ciuium commoda sollicitabant, ciuitatumque onera ac stipendia ideo libenter suscipiebant. Et illi pariter ac ciuitates varia ex hoc negotio emolumenta capiebant. Clerici enim ciues vim praedonum, & alia horum temporum pericula eo facilius propulerunt. Ciuitates vero etiam stipendiis cleri suffultae, principum tam ecclesiasticorum quam laicorum contra ciuitates, ab omni tempore grassantem licentiam eo celerius represserunt. (2) Posterioribus vero temporibus ciuitates merito timentes, ne clerus ea, quae necessitate pressus sponte dederat, cessante periculo denegaret, priuilegiis eum in finem sese muniere, vt  
cleri-

clericos supraemam auctoritate caesarea, ad conferendas opes, steuras, aliaque onera ciuilia eo fortius adigerent. (3) Et aequitatis ratio hoc postulauit. Nihil enim erat naturalius, quam ut illi, qui protectionis commodis frui cupiebant, etiam incommoda ad eam praestandam necessaria subirent.

(1) apud WENCKERVM in apparatu & instruclu archivorum p. m. 62.

(2) Prolixius hoc tractat WENCKERVS l. c. p. m. 58. & LEHMANN in Chronico Spirensi L. VII. Cap. L. LI. LXVI. LXXIX. edit. nouiss.

(3) GEORGISCH in Regestis Chronologico-Diplomat. T. II. ad ann. 1293. no. 33. 41. & 44. & LÜNING im Teutschen Reichs-Archiv Part. Spec. Cont. IV. pag. 730.

### §. IX.

#### DE MEDIIS COERCENDI CLERICOS.

Subiectio huic ciuicæ clerici quidem non nunquam sese iterum subducere conati sunt. Statim vero ac tale quid moliti erant, poenas audaciae dabant. Exemplo sunt monachi Francofurtenses, & inter eos in specie Dominicani, qui, quum edicta imperialia ad fores ecclesiarum affigi non paterneretur, statim a magistratu ciuitate pulsi, non nisi post aliquot annos, ac sub conditione eos, quando libuerit iterum eiiciendi, a consulibus fuerunt restituti. (1)



(1) LATOMVS ad ann. 1338. apud FLORIANVM in  
Chronico Francofurtensi pag. 240.

### §. X.

#### EPIC DE PRIVILEGIIS CLERICORVM CONTRA CIVITATVM POTESTATEM.

Neque tamen negandum, clericos saepius que-  
stos esse apud Imperatores de hisce ciuitatum in ipsis  
imperiis; & varia etiam inde impetrasse priuilegia  
pro immunitate ecclesiastica. (1) Duo eorum in-  
primis notatu digna sunt. CAROLVS IV. enim  
quum partibus Pontificis & Cleri blandiri prae se fe-  
ret, iteratis vicibus anno 1359. (2) & 1377. (3)  
constitutiones edidit, quibus ius statuum in personas  
ecclesiasticas arctissimis limitibus circumscribere vi-  
sus est. Parum vero haecce curasse Territoriorum  
Dominos; & Ciuitates in primis, libertatis aitiae & in-  
stitutorum tenacissimas, nullibi has constitutiones recepisse,  
iam alii obseruarunt. (4)

(1) Ex ipsis tamen huiusmodi priuilegiis patet, quanta  
fuerit antiquae illa statuum in clericos potestas. Ne  
mireris ideo, in diplomate CAROLI V. tribus ecclie-  
siis collegiatis Francofurtensis anno 1530. dato, ec-  
clesias istas demum eximi ab omni iurisdictione, ut  
verba habent, welche hievor dermaßen ausgegangen,  
erkannt und fürgenommen worden sc. sc. apud LÜNIG  
l. c. in Spicil. Eccles. Cont. I. pag. 1142. sq.

(2) Pri-



- (2) Prima harum sanctionum est illa quae prostat apud RAYNALDV in Continuat. Annal. Baronii T: XVI. Lit. A. ad ann. 1359. no. 13.
- (3) HERTIVS de iactitat. vulgo Ord. Cisterc. libertate Seet. I. §. 4.
- (4) HERTIVS l. c. SCHATEN in annal. Paderbornenf. L. XV. ad ann. 1403. pag. 479.

§. XI.

CONFIRMATIO IURIS CIRCA SACRA CIVITATVM  
RECENTIORIBVS SECVLIS.

Nouioribus demum temporibus iura illa tam-  
tum per pacta inter magistratus & clericos vbiique  
fere restricta fuerunt, anniusque demum census  
personarum ecclesiasticarum, partium mutuo assen-  
su, nonnullibi relictus est. (1) Clerici enim ad haec  
vsque tempora nihil aliud quam quod debebant, per-  
soluerant. Fidem huius rei faciunt vetustioris aeui  
diplomata. Vnicum hic annexam, quod mihi ad  
manus venire contigit:

Ego Scultetus, Scabini & universi Burgenses Franck-  
furden. Notum sit omnibus hoc scriptum cernenti-  
bus, quod nos ob honorem & laudem Domini nostri  
Iesu Christi Monasterio, de Arnsburg, Cistercien. Or-  
dinis, QVICQVID EXACTIONIS ET THELO-  
NEI de curribus & ceteris rebus eiusdem monasterii  
NOBIS IN PERPETVVM POSSIT EVENIRE,

C 3 INDVL-



INDVL SIMVS, ET COMMVN CONSILIO  
DIMISIMVS ABSOLVTVM; & ne succedente  
temporum curriculo haec nostra concessio possit reuocari,  
praesentem cedulam sigilli nostri muninime ro-  
borauimus. Acta sunt anno Dni. MCCXXVIII.  
Testes Clerici. Nicolaus Cystos, Godefridus Pleba-  
nus, A. Scholasticus; Milites: E. Scultetus C. Mey-  
senbuch K. de Sassenhausen; Burgenses: H. Niger,  
H. Breto, I. Goltstein, W. de Aschborne, Gau-  
ramus Hunger, Ulricus Longus, Baldemarus de Fro-  
neboven, Henricus Stergcklein & alii quam plures.

Si vero dimissione & absolutione magistratus, ad im-  
munitatem cleri ab oneribus constituendam, opus  
erat, ad ea praestanda clericos obligatos fuisse nemo  
erit qui dubitabit.

(1) De ciuitate Francofurtensi haec polixe satis ac accu-  
rate demonstravit Illustris Auctor der Anmerkungen  
über die Frankfurter Reformation. T. I. pag. 294. sq.  
T. II. pag. 427. sq. Tom. III. pag. 281. sq. T. IV. pag. 133.  
sq. & T. V. pag. 48. & 94. sq. Confr. etiam LATO-  
MYS ad ann. 1407. apud FLORIANVM l. c. pag. 260.

### §. XII.

#### DE IPSO CIVITATVM IVRIS REFORMANDI EXERCITIO.

Praeclarissimum de cetero exercitii huius iuris  
circa



*circa sacra, vel potius ipsius iuris reformandi, documentum porrigit tempora magni illius sub initiis WEN- CESLAI Caelaris totum Christianum orbem turbantis schismatis. Ciuitates enim Imperii tunc pro arbitrio partes Vrbani VI. vel Clementis VII., iis temporibus supremam ecclesiae dignitatem ambientium, amplexos esse constat.* (1) Wenceslaus ipse, quamquam anno 1379. in Comitiis Francofurtensibus ex consilio Electorum & ceterorum statuum Vrbanum VI. pro vero & legitimo papa habendum statuisset; non tamen pro auctoritate Caesarea ciuitates in suam trahere natus est sententiam. Potius in societatem quasdam ex illis pro tuitione partium Vrbani suscipe-re optimum iudicavit. (2) SIGIS MVNDVS postea eidem scopo, vti antea WENCESLAVS, intentus; & vt hicce Francofurti, ita ille Constantiae, de tol-lendo schismate sollicitus, ciuitates quoque ad concilium ibi anno 1414. habendum vocauit.

(1) Metas, Tullum, Virdunum, Leodium, stetisse tunc a Clementis VII. partibus, quum pleraque Vrbes in Imperio Germanico Vrbanum VI. sequerentur, prodit RAYNALDVUS *l. c. ad ann. 1379. no. 46.*

(2) Literae hac de causa conscriptae nobilissimum prae-eminentiae ciuitatum documentum produnt. Adieci eas ex apographo depromptas in calce dissertationis. Lit. B.

### §. XIII.



## §. XIII.

SPECIALIA DE IVRIS CIRCA SACRA  
CIVITATVM EXERCITIO.

Supereft ut breuibus demonstrem, ciuitates Imperii iam ante Pacem Religiosam varios alios iuris huius circa Sacra, illis iam originetenus competentis, actus ac species constanter exercuisse. Rerum ciuarium Scriptores pleni huiusmodi exemplis reperiuntur. Praecipua illorum recensebo. I. Miserunt ciuitates legatos ad concilia. *CRVSIVS in Annal. Sueic. (1)* notauit: *Anno 1215. concilio Lateranensi multas ciuitates per legatos interfuisse.* De ciuitate Spirensi *LEHMANNVS (2)* ita: *Speyr schickt (1415) nuf Concilium zu Costenb. Claus von Rinckenburg und Cunrad Roesler den Burgermeister und Rathesverwandten.* II. Fuerunt cultus diuini directores, eumque ad certos limites redegerunt. Tempa enim superflua euerterunt, nimiarum feriarum celebrationem interdixerunt, conuenticula prohibuerunt, haereticos ac fanaticos expulerunt. De singulis hisce iuribus testatur *ACHILLES PRIMINIVS GASSARVS in Amalibus Augsburgenib[us] in T. I. Scriptorum Rerum Germanicarum MENCKENII. (3)* III. Libertatem clericorum variis modis restrinxerunt. a) Limitarunt enim priuilegia exemptionum illis ab Imperatoribus indulta, eaque non nisi sub certis adiectis conditionibus valere iussérunt. Ciui-

25

Ciuitatis Lindauensis exemplum allegat HER-  
TIVS; (4) cuius Chartam hac de re confessam ap-  
pendici dissertationis adiunxi. (5) Acquisitionem fre-  
quentem aedium & aliorum bonorum immobilium  
abrogarunt, clericisque talia habere penitus prohi-  
buerunt. Invaluerat enim, temporibus supersticio-  
sa pietatis, ut frequentissime pro redemptione ani-  
mae ingentes donationes & legata, ecclesiis, mona-  
steriis, aliisque piis corporibus relinquerentur. Ma-  
gistratus vero omnes huiusmodi alienationes, in e-  
molumentum spiritualium vergentes, iteratis vicibus  
interdixerunt. Testis est de ciuitate Francofurtensi  
iam laudatus Auctor der Anmerkungen über die  
Franckfurter Reformation; (5) de ciuitate Augusta-  
na GASSARVS. (6) (7) Libertatem cleri circa com-  
mercia, in primis vini, coarctarunt. Perpetuas hanc  
ob causam disceptationes cum monachis habuit ma-  
gistratus Spirensis, de quibus vide LEHMANNVM  
l. c. (7) Denique (8) clericis, laicos decimis aliis-  
que oneribus ac exactionibus ecclesiasticis plus iusto  
prementibus, frenum iniecerunt, prout prodit GAS-  
SARVS. (8)

Lit. C.

(1) P. III. L. I.

(2) L. c. L. VII. Cap. LXXXIV.

(3) Col. 1483, & 1512. it. Col. 1783. 1490, & 1779.

(4) l. c. sect. II. §. XXIII.

D

(5) T. I.



(5) *T. I. pag. 295, & 715. T. IV. pag. 135, & 956.*

(6) *I. c. Col. 1470, 1471, & 1581.*

(7) *L. V. Cap. CXV. & L. VII. Cap. IV.*

(8) *I. c. Col. 1626.*

#### §. XIV.

Exercuerunt porro ciuitates omnia superioritati territoriali annexa iura, in personas ecclesiasticas easque in omnibus fere aequarunt ciuibus. Inter ea praecipue eminent, quod Clerici semper tenerentur ad census; vectigalia & omnia alia onera publica par modo ac reliqui ciuium. Illis quae iam (§. VIII. & XI.) hac de re notaui, adiungo LEHMANNVM, qui, (1) clericos ad omnia onera ciuilia, cuiuscunque sint generis, & iure & pactis teneri, omnesque exemptiones ab arbitrio & gratia magistratus vnicē pendere, firmissimis plane argumentis roborauit. (2) Neque minus ab inspectione politiae immunes erant clerici, mensurae enim & pondera eorum ciuili sub fuerunt explorationi, arma gestare prohibiti, & quae sunt huiusmodi plura. (3)

(1) *Lib. VII. Cap. LXXXIX. edit. nouiss.*

(2) *Addet etiam GASSARVM I. c. Col. 1448, 1460, 1461  
1471, 1519, 1521, & 1577.*

(3) *LEHMANN I. c. L. II. Cap. XXII. & GASSARVS Col.  
1533, & 1540.*

#### §. XV.



## §. XV.

Vltimo denique loco silentio praeterire non possum, ciuitates quandam criminalem iurisdictionem in clericos sibi vindicasse. <sup>a)</sup> Ius Capturae enim in eos exercuerunt. Augustana & Spirenſia exempla exstant apud GASSARVM (1) & LEHMANNVM. (2)  
<sup>b)</sup> Personas ecclesiasticas qualescumque in carcere detinuerunt. (3) <sup>c)</sup> Clerum expulerunt, de quo iam supra, (§. IX.) quibus adiungi potest LATOMVS ad annum 1351. (4) Imo non deficiunt exempla <sup>d)</sup> vltimo supplicio clericos in ciuitatibus affectos fuisse. Memorabilia sane sunt quae hac de re notauit GAS-  
SARVS (5) plenamque fidem faciunt constantis il-  
lius, iuris circa Sacra exercitii ciuitatum imperii.

(1) Col. 1687. & 1688.

(2) Libr. VII. Cap. CII.

(3) LEHMANN. l. c. Libr. V. Cap. CXXII.

(4) apud FLORIANVM l. c. pag. 256.

(5) Col. 1547. & 1548.

## §. XVI.

## CONCLVSIΟ.

Ex omnibus itaque hucusque deductis patet:  
Ciuitatibus Imperii ius reformandi ac ius circa sacra iam  
ante seculum sextum competuisse. Processerunt ergo

D 2

iure



iure proprio, quum expurgata Sacra admitterent. Pacis etiam Religiosae, remotis omnibus hanc ob causam ortis contentionebus, participes factae, (1) ac status anni decretorii in civitatibus Imperii par modo ac in aliis territoriis, constitutus fuit. Nihil noui iraque sancitit, stabilituit potius denuo, ac confirmauit haec omnia Pax Westfalica. (2) Plenius nunc intelligi posse credo, cur in spbo illo celebratissimo Gaudeant &c, aut potius §. i. Artic. VIII. illum praecedente, *ad antiqua iura, praerogatiua, libertatem, priuilegia, liberumque iuris territorialis tam in ecclesiasticis quam politicis exercitium, ditiones, regalia, horumque omnium possessionem prouocetur, enque omnia vigore illius Pacis ita stabilita firmataque declarentur, ut a nullo vnguam sub quocunque praetextu de facto turbari possint vel debeant.* Sed hisce omnibus diutius immorari instituti ratio vetat. Multa quidem pro materiae grauitate addere debuisse. Exercitioris vero ingenii scriptoribus, quae desunt, addere, relinquo. Praesentibus monstrare solummodo studui:

*Quid valeant humeri quid ferre recusent.*

(1) MOSER im teutschen Staats-Recht. T. XL. L. III.  
Cap. 191. §. 3.

(2) Art. V. §. 19.

Lit. A.

**Lit. A.**  
*Diploma Caroli IV. pro immunitate ecclesiarum d. a.  
 1359. Ex RAYNALDI Annal. Eccles. d. d. a. no. 13.  
 Carolus IV. diuina sauente clementia Romanorum Im-  
 perator semper Augustus, & Boemiae Rex ad  
 perpetuam rei memoriam.*

**A**d imperialis maiestatis audientiam pro parte ho-  
 norabilium praepositi, decani, & aliorum prae-  
 latorum, & capituli Magdeburgensis, Moguntinen-  
 sis, & Colonensis ecclesiarum deicotorum nostro-  
 rum dilectorum per insinuationem querulosam sup-  
 pliciter est deductum, quod seculares quidam, in  
 potestatibus & officiis publicis constituti, videlicet  
 duces, comites, & barones, & alii domini temporales;  
 nec non consules ciuitatum, oppidorum, villarum, &  
 locorum rectores dictarum Magdeburgensis, Mogun-  
 tinensis, & Colonensis prouinciarum, Dei nomine post-  
 posito, statuta singularia & iniquas ordinationes mo-  
 tu proprio, & de facto contra personas ecclesiasticas,  
 ecclesiarum & locorum religiosorum libertates & pri-  
 uilegia condiderunt, eisdemque publice & de facto  
 insistere praesumpserunt contra legitimas, ciuiles  
 & canonicas sanctiones; vt puta, quod nulla bona  
 temporalia in potestatem ecclesiasticam transferan-

D 3

tur,



tur, neue clerici in sacris constituti ad agendum & testificandum in ciuilibus, & maxime in piis causis, aliquatenus admittantur: quod excommunicati laici, & publice denunciati in ciuili foro minime repellantur.

Item praefati domini temporales, *consules* & retores per secularem potestatem res & bona clericorum occupant & arrestant: oblationes fidelium diminuant & restringunt: exactiones & tallias indebitae & de bonis ecclesiae & redditibus exigunt & extorquent: possessio[n]es ecclesiarum & personarum earumdem deuastant incendiis & rapinis: contractus inter clericos & laicos factos legitime ad libros ciuitatum, villarum & locorum recusant inscribere & signillare: donata & legata ad fabricas & ecclesiarum structuras contra praelatorum voluntatem & aliorum, quorum interest, praesumunt usurpare contra iustitiam in fraudem & odium clericorum: de rebus & bonis etiam clericorum, quas non causa negotiacionis, sed pro usibus propriis per terras ducunt seu duci faciunt, telonium exigunt, & recipere non videntur, & confugientes ad ecclesias & coemeteria inde extrahere contra sanctiones imperiales praesumunt. Quae omnia, & quaelibet abinde fecuta, cum per sacras, & ciuiles, & canonicas sanctiones expresse reprobata sint, & in fraudem ecclesiasticae libertatis de-



de facto praesumta; de principum, ducum, comitum, baronum, fideliumque nostrorum consilio ex certa scientia auctoritate imperiali cassamus, irritamus, & annullamus; cassaque & irrita, & nullius esse momenti penitus deducimus, & expresse pronuntiamus: praeципientes sub indignatione imperialis banni uniuersis & singulis dictarum Magdeburgensis, Moguntinensis & Coloniensis prouinciarum, & locorum vicinorum principibus & dominis temporalibus, consilibus & potestatibus, & in officiis publicis constitutis, quatenus mox, visis & intellectis praefentibus, dicta ipsorum statuta & ordinationes, sicut in praeiudicium ecclesiasticae libertatis edita sunt, omnino reuocent & de luce tollant: quodque secundum ea non iudicent amplius, nec sententias dictent, aut eisdem in iudicio, vel extra iudicium quomodolibet pro se & contra ecclesiasticam libertatem patiantur.

Item pronunciamus & declaramus imperiali auctoritate, quod quicumque laicus, cuiuscunque status vel conditionis existat, ausu sacrilego, & propria temeritatis audacia, sacerdotem vel clericum secularem vel religiosum diffidauerit, vel captauerit, proscripserit, spoliauerit, occiderit, mutilauerit, aut in carcere detinuerit, aut huiusmodi maleficia perpetrantes scienter receptauerit, vel fauorem in his eis praestiterit, praeter poenas a sacris imperialibus &

cano-



canonicis sanctionibus eis infictas, sint ipso facto infames & omni honore priuati, nec ad placita vel concilia nobilium admittendi quousi modo.

Volumus etiam & hortamur, & requirimus ipsos praelatos ecclesiasticos, ut hanc nostram constitutionem in synodis & ecclesiis publicari procurent, & requisiti executionem poenarum & sententiarum denuntient, ne in praemissis excedentes per simulatam ignorantiam suas malitias valeant excusare. Nulli ergo &c. &c. Intentata est contra molientibus quinquaginta marcharum auri puri mulcta: adiectisque testium principum nominibus, consignatum est hac loci & temporis nota diploma imperiale. Datum Pragae anno Domini MCCCLIX. indictione XIV. III. id. Octobris, regnorum nostrorum anno XIV. Imperii vero V.

### Lit. B.

Vereinigung Wenceslai mit einigen Thutfürsten, Fürsten und Ständten zur Vertheidigung Papst Urban des sechsten, vom Jahr 1379.

*Ex apographo.*

Wir Wenzlaw von Gotis Gnaden Romischer König zu allen zeiten merer des Reichs und König zu  
Breslau.

Beheim. Bekennen und tun kunt öffentlichen mit diesem  
 Briefe, allen den, die yn sehen, oder hören lesen. Wann  
 künlichen und offenbar ist, das von den Cardinalen, die  
 zu dem male zu Rome waren do seliger gedachtnisse Pabst  
 Gregorius der Eyleffte doselbst zu Rome erstorben, und  
 davon der Pehstliche Stul ze Rome ledig worden was, und  
 die eynen zukünftigen Romischen Pabst macht, und müz-  
 ge von Rechte hatten zu fiesen der allerheiligste in Got.  
 Vater, und Herre. Her Urban der Sechste vormals  
 Erzbischoff zu Bare ze rechtem Pabste, als Recht, und  
 gewonheit ist Romische Pehste zu fiesen eyntrechtilichen  
 von eyngabe, und anruffunge des Heiligen Geystes ges-  
 torn, gewelt, eyngesürt und gecronet ist. Der auch in  
 gereuwlicher und nützlicher gewere des Pabstlichen Stuls  
 in Beständigkeit derselben Cardinalen lange zuit gesetz-  
 sen und gewesen ist. Und den auch dieselben Cardina-  
 len alle vor item rechten gewelten, gekorm yngesurten,  
 und gecroneten Pabst gewürdiget, geeret, erkant, gehabt,  
 und gehalden han. Im yn feyherlichen Hochzeiten of-  
 feinlichen für ym messe zu singen. Gotis Lichenamen vor  
 seinen Henden empsangen, und auch von ym Gotis ga-  
 be genomen, und yn Consistorien Heimlichen und offens-  
 baren in allen sulchen sachen die eynen rechten Pabst  
 gottlichen und rechtlichen angehoren ym als einem Rech-  
 ten und Christlichen Pabst unwidersprüchenlichen eyn-  
 trechtilichen und willielichen unbetrüglichen bey gewesen  
 sein, als das künlichen offenbar ist in dem Romischem

E

Reiche



Reiche in der Stat ze Rome und fort in der gemeinen Christenheit, und auch von maniglicher ihs selben Briefen, und Botschafften die sie oft sind dicke nachmals dem allerdurchluchtigsten Fursten und Herren Hern Karl seltener gedechnisse Romischen Keyser, unserm lieben Herrn und Vater verkundigt und geschriben haben. Und wann auch derselbe unser Herr, und Vater der Romische Keyser, dem got genade, als eyn Fogt und Beschirmer der heiligen Romischen Kirchen eyn Christenlicher Furste und Hanthaber Christenliches Gelawbens, und auch geystliche und werltliche Kurfursten, und andere Fursten, und Stette des Reichs in deutschen und welischen Landen, den vorgenanten unsern Heiligen in Gote Vater Pabst Urban den sechsten, eyn rechten, erwelten, gekorn, und gecroneten Pabst des Pehtlichen Stuls besitzer gehabt, erkant, und gehalten haben. Und auch derselbe unser Herr und Vater der Romische Keyser in sulichen Christenlichen Ge lawben, von dieser werlte verscheiden ist, und wir noch seinn tote, als ein Romischer Kunig nachfolgende desselben unsers Herren und Vaters des Romischen Keyfers Christenlichen wegen mit sampt den Kurfursten und andern Fursten und Stetten des Reichs clarlichen und wol underweyst von allen vorgeschriven fachen, den vorgenannten unsern Heiligen in Gote Vater Hern Urban den Sechsten einen rechten Pabst unsers herren Jesu Christi vicarien uff erden erkant haben und vestielichen erkennen, bey dem auch wir, und alle Christenheit durch sterckunge, und

und beheltnisse willen Christenlichs gelawben willlichen be-  
steen und belebhen füllen. Und wann nu newlichen. das  
wir mit bitterkeit unsers Herzen leydielichen vernomen ha-  
ben. welche die vormals Cardinal waren. eynen undir  
sich der do heisst Robertus von Geneff und vormals eyn  
Cardinal gewesen ist ein Wider-Pabst. Und der sich nu  
nemmet Clemens ussgerucket. und ussgekommen haben. und  
domit irrefal. und zweyunge in der heiligen gotskirchen  
unter Christenlichen Lutten schedlich ussbringen machen und  
reizen. Und wann nemlichen von Schickungen des al-  
mechtigen Gotis der uns von seinen Genaden umwordienet  
ze wirdekeit des Heiligen Romischen Reichs bracht. und  
gesetzet hat. als ein Romischer Künig mit Hülffe Gotis zu-  
kunftiger Keyser eyn sunderlicher. und rechter eehaffter  
Fogt. Beschirmer. und Hanthaber der Heiligen Romi-  
schen Kirchen. des Pabstes. und Christenliches Gelawben  
willlichen und von rechte seyn. uss die rede das bey unsern  
zeiten in Verwesunge des Reichs dheine Zwayunge. und  
irrefal. die scheidunge und hindernisse im Christenlichem  
Gelawben bringen. und machen nicht usfsteen. sunder in  
der Werlte so wente das Heilig Romisch Reich begriffen  
ist. geschwechet. gestoret. und abgetan werden. So sein  
wir dem Allmechtigen Gote zu Lobe und zu eren und durch  
behaltusses rechtis Christenliches Gelawben. mit wolbe-  
dachtem mute. und gutem Vorrate geistlicher. und werltli-  
cher Kurfürsten. mit namen der Ernwirdigen. Friderichs.  
Erzbishoves zu Colne. des Heiligen Reichs in Italien Erz-



cantlers. . . Einen Erzbischoffs zu Tieren des Heiligen Reichs in deutſchen Landen Erzkanzels. . Und des Hochgeboren Ruprechts des eltern Pfalzgraven bey Reynen, des Heiligen Reichs obriſten Erckfaffen, und Herzogen in Beyern, für ſich, und die hochgeborenen Ruprechten den Jungern und Ruprechten den jungſten Pfalzgraven bey Reynen, und Herzogen in Beyern, und ander Furſten und getrewen des Reichs, und nemlichen mit den burgermeiſtern, Rate, Burgern und Stat zu Franckensfurt, unſern, und des Reichs lieben getrewen überem kommen, und haben das auch emmuthlichen ubirtragen, das wir mit ſamt denselben Kurfürſten, und andern furſten, der Stat, Franckensfurt, und andern ſtetten, und getrewin des Reichs, und ſie mit uns fulchen Ungleßaben, und irrefall werken widerſtehen, und kerēn fullen und wollen. Und hierumb Wir obgenanter Wenzlaw, als eyn Romiſcher Kunig, ein fogt, ſchirmier und hanthaber der Heiligen Romiſchen Kirchen, und des vorgenanten unsers heiligen Vaters Pabſt Urbans des Sechſten in dem Peblſtlichen Stule ſint er Rechtir Pabſt iſt, und in rechtm beſitzunge des Pabſtumes, und mit ſamt uns die vorgenante Kurfürſten geiſtlich und werltlich mit namen Friederichen zu Colne, Einen zu Tieren Ludwig zu Merze Erzbifchovon, und die Hochgeborenen Ruprecht der elter fur ſich, und die vorgenant Ruprecht den Jungern, und Ruprechten den Jungſten, und ander furſten des Reichs, und neu-

nemlichen die burgermeistere. Rate. Burger  
und Stat zu Frankensfurt, unfern. und des Reichs  
lieben getrewin geloben vorbedehtlichen von Rechir wiss-  
sen in guten trewin an endes stat an eynander wir yn al-  
len besampflichen und besunder. und sie uns herwider. das  
wir. und auch sie christlichen gelawben stercken und ege-  
nant Hern Urban fur rechten Pabst halben. und ym  
beyständig sein. und sulchen obgenanten des vorgenannten  
Widerpabstes Robertus von Geness. und seiner Zeleger.  
die sich Cardinalen nennen. und aller ander irer beyständi-  
ger und volger Irrefal und Ungelawben storen. wenden  
und kuren sullen. und wollen so verre wir ymmier mogen,  
an alles gewerde. Und wie alle und unser iclicher  
sullen. und wollen uns an dheine Legaten, sendungen,  
boten, geboten, erkentnisse. gabe. erlambunge. gotisgabe,  
und boiden das vorgenannte wider Pabstes von Geness.  
und seiner Zeleger in sulchen sochen nicht keret, noch die  
uffnemen in dheine weis. Und sullen auch. und wollen die-  
selben boten und ir gewerbe ernstlichen und getrewlichen  
storen. und sie mit leib und gute angreisen und hindern,  
und auch in aller masse. und weyse dorzu tun als das in  
der vorgenannten unsers Heiligen Vaters Pabsts Urbans  
processus begriffen ist. Auch sullen wir und unser iclicher  
alle die gena dy izund dem vorgenannten unserm herren  
Urban dem Pabste beyständig sind. und beyständig weten,  
bez allen iren werden, eren und guten vestielichen be-  
schewern beschirmen. und behalten an gewerde. und nicht

E 3

gestat.



gestattet. das sie icht doran gehindert oder gefrüt weren von dem vorgenannten Wider Pabste oder seinen helfern oder Volgern. in welcherley wesen, oder eren die sine in dheine weis. an alles gewerde. Und wir alle. und unser iclicher. sint es die Heiligen Romischen Kirchen. cristenlichen gelawben. den Peblischen Stul, den vorgenannten unsren heiligen Vater Pabst Urban den sechsten. das Heilig Romische Reich. und unser aller. und unsers icliches Cristenliches menschen zele. gelawben. und ern sunderlichen antrifft. fullen und wollen in den sachen vestiglichen beh eynander beleyben. und unser feyner sol noch mag sich von dem andern icht scheiden oder sunder in dheine weis.

Sundern wir fullen und wollen. als eyn Romischer Kunig mit gotis Hülfe zukunffiger Keyser den vorgenannten kurfürsten und fursten, geistlichen. und werltlichen der Statze Frankenfurt. und andern Stetten und getrewin des Reichs besamt und besunder, und sie alle und ir iclicher uns herwider. als unser. und des Reichs kurfürsten. fursten Stetten und lieben getrewin, als offte, und wo sich das geburet in den stücken mit worten, werken. leib. und gute getrewlichen helfsen, und raten, und beh dem vorgenannten unsrem Heiligen Vater Pabst Urban also besteen. und Cristenlichen bleiben, als sich das von rechte geburet. Wenn auch wir obgenannter Wenzlao Romischer Kunig abgen. und gestorben sein. do Got lange vor sey, so fullen dy Kurfürsten des Reichs geistlich und werltlich bestellen, und schaffen. das der den sie denne ze Romischem Kunige hysen ze vornan ee. den er usf den alter gesetzet wirdet auch geobe die vorgenantnn stücke zu halden. und zu vollzuren Cristenlichen

chen gelawben je stercken, als das dovor begriffen ist. So sol  
dach eyn yder Erzbischoff und Prelate mit seynem Capitel be-  
stellen so er erste mage. das eyn iclicher eleete so er gewelt wirdet  
dach bey diesen obgeschriben Sachen vestiglichen besteen, und  
getrewlichen belebte. Mit Urkund diz brieff vorsigelt mit unser  
funiglicher Majestat Insigel. Der geben ist Franckenfurt uss  
dem Moynn. Nach Christis geburt, Dreyzehn hundert Jar.  
dornah in dem Newn und Sibenzigsten Jar an Sant Lam-  
prechts tage. Unser Reiche des behemischen in dem Sibenze-  
henden und des Romischen in dem vierden Jare.

**Lit. C.**

*Confirmatio priuilegii exemptionis Caesarei, a ciuitate Lindau-  
ensi Conuentui fororum an dem Stege data. Ex HER-  
TIO in iactit. vulgo ordin. Cisterciens. libertate.*

**Sect. II. §. XXIII.**

**V**niversis praesentis scripti inspectioribus, Ulricus mini-  
ster Lindagensis. Elyas, Cunradus Gebzo, Alber.  
Lazaur. Fr. Werchmaister. Hermannus Sender, Ulricus  
Rienoltus Birchtil. iunior. nec non Eberharr. Buzibart.  
Consules ibidem. Noticiam subscriptorum. Ut ea, quae  
fiunt, a memoria hominum non tollantur, prodest ipsa  
sub testimonium redigere scripturarum. Nouerint igit-  
ur, tam praesentes, quam posteri, quod nos de com-  
muni consilio & consensu, gratiam Magistre & conuentui  
fororum in Lindaugia dictis autem dem Stege, a Serenissimo  
Domino R. Dei gratia Romanorum Rege, factam solem-  
pniter & indultam, ita, quod de bonis suis, que intra limi-



*res iuris forensis nostrae ciuitatis iam habent vel possident, videlicet de domo, in qua nunc habitant, stabulo eidem domui iuncto, Area ex opposito dictae domus sita, Vinea Magistri Manigoldi, Vinea Marquardi dicti Gaizzor, Vinea ad combustum torcular cum particula vinee quae dicitur Abbatis. Similiter de bonis extra limites Iuris forensis (sive territorialis.) iam acquisitis vel in posterum acquirendis, vsque ad trecentarum estimationem legitimam marcarum tallias seu alterius cuiuscunque generis seruitia, aliquatenus non exsoluant, perpetuo duraturam, praesentibus confirmamus: his tamen conditionibus interclusis, quod si plura praedia ad Ius forense nostrae Ciuitatis pertinentia, emendo seu alio modo quoconque habuerint, vel acquirent, de his in tallis & in aliis, nobiscum seruire tenentur, nec super huiusmodi praediis debent de cetero aliquam gratiam impetrare. Quod si secus fecerint, volumus, ut praedicta gratia, cum nostra confirmatione invalida sit penitus & cassata. In huius rei testimonio & cautelam, praesens instrumentum sigillo nostre Ciuitatis memoratis sororibus dedimus communium. Datum & actum Anno Domini MCCLXXXII. XVII. Kalendar. Ianuarii Indictione XI.*

*Corrigenda.*

p. 8, lin. 5. lege BOEHMER. p. 9, lin. 16. lege quam, pag. 11, lin. 22. dele.

pag. 16, lin. 13. pro foverant lege fauerant. ibid. lin. 17. lege sub pro sat.



Giesen, Diss., 1766-70

X 2396520

V ①

18

ULB Halle  
007 662 912

3





B.I.G.



C. 4, num. 20.

1767, 2

10

DISSE<sup>R</sup>TAT<sup>O</sup> IN AVGVRALIS IVRIDICA  
DE  
**IVRE CIRCA SACRA  
CIVITATVM IMPERII  
IAM ANTE PACEM  
RELIGIOSAM**

P. 353,  
QVAM  
AVCTORITATE  
ILLVSTRIS IVRISCONSVLTORVM ORDINIS  
**IN ALMA LVDOVICIANA**

SINE PRAESIDE  
PRO  
**LICENTIA**  
SVMMOS IN VTRQVE IVRE HONORES  
RITE CONSEQUENDI

DIE APRILIS M DCC LXVII.

EVBLICE DEFENDET.

AVCTOR

**GERHARDVS MATTHAEVS  
WALLACHER**

MOENO - FRANCOFVRTENSIS.

GISSAE  
EX OFFICINA BRAVNIANA.

KENFRED  
UNIVERS.  
ZVHALLE